Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> 

ipe facie sua firmauit ut iret in ierusalem et miste nuncios ante
conspectum suum et euntes intrauerunt ciuitatem Samarie ut parare
rent illi hospitium et non receperunt eum quia facies eius ibat euntis in
ierusalem Cum uidissent autem discipuli eius Iacobus et Johes dixerunt
domino Si uis dicimus ut ignis descendat de celo et consumat illos sicut
helias fecit Et conuersus increpauit eos dicens Nescitis cuius spiritus estis fi
lius enim hominis non uenit animas perdere sed saluare et abierunt in aliud
castellum Ambulantibus autem illis in uia dixit quidam ad eum Sequar te
quocumque ieris Et ait illi iesus Vulpes foueas habent et volucres
celi nidos filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet Ait autem
ad alterum Sequere me Ille autem dixit Domine permitte me primum ire
et sepelire patrem meum Dixit ei iesus Sine ut mortui sepeliant mortuos suos Tu autem uade et annuncia ubique regnum dei Ait
autem quidam Domine primum